



Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Diploma Stephani Papae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

DIPLOMÀ S T E P H A N I P A P A E.

Nomine Sanctæ & Individuæ
 Trinitatis, & S. Mariæ semper
 virginis. Stephanus Sedis Apo-
 stolicæ summus Episcopus; ser-
 uus Seruorum Dei, fratribus ac
 hujs nostris per vniuersum orbem terrarum
 in fide Catholica degentibus. Notum cupi-
 mus esse omnibus tam præsentibus; quam fu-
 turis, qualiter filius ac frater uoster, diuina
 annuente clementia Gerardus, Abbas nobis
 innötuit de monasterio Broniensi, quod in
 melius reformauit & restaurauit in honore
 sanctæ Dei genitricis semper virginis Mariæ;
 sanctorumque Apostolorum Petri & Paulli;
 & sancti Ioannis Baptistar. Post verò multo-
 rum sanctorum pignora, congregauit corpus
 etiam sancti Eugenij martyris, Archiepisco-
 pi Toletanæ sedis, discipuli & ordinati san-
 cti Dionisij Archiepiscopi; cum magna reue-
 rentia & honore inibi attulit; hereditatem
 quoque propriam tam in agris, quam in anci-
 pijs, & in omnibus iure hereditatio adiacen-
 tibus deuotè ac voluntariè ad præfatum de-
 dit monasterium. Postquam autem nobis hoc
 indicavit, prouolutus pedibus nostris petijt,
qua

*In Bronio
 quiescit
 pars corpo-
 ris S. Euge-
 nij Episcopi
 Toletani.
 Vide Mola-
 ni Natales
 SS. Belgij.*

quatenus auctoritate Apostolorum Petri & Paulli malediceretur omnis, qui de eodem monasterio aliquid conaretur, tam de reliquijs Sanctorum, quam de vestimentis & librīs & de territorijs auferre, atque de mancipijs, vel de alijs quibuslibet rebus, quas nunc habet sibi datas, vel vltra possit Dei misericordia obtinere. Hoc quoque magnopere experijt, vt eodem cōstringatur anathemate, quicumque priuilegium, quod de eodem loco & monasterio iam regia magnificantia & imperialis sanxerat auctoritas, aliquatenus presumeret infringere: scilicet vt nullus Episcopus, nullus Comes, nullus Aduocatus, nullus Iudex publicus, nec quilibet ex iudiciaria potestate, in Ecclesias aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones memorati monasterij præsumat ingredi, aut ad cauſtas audiendas, aut precaturas faciendas, aut feda vel tributa aut obsonia quælibet exigenda, vel mansiones, aut filias, vel paradas faciendas, aut fideiſſores tollendos, aut homines eiusdem monasterij, tam ingenuos, quam seruos super terram ipsius commandentes iniuste diſtingendos, nec ad vilas redhibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris & futuris temporibus. Sed liceat memorato Dei seruo Gerardo, suisque successoribus res prædicti monasterij, cum monachis suis, sub immunitatis nostræ defensione, quieto ordine possidere & ordinare absque cuiuslibet arbitri communione, nisi ipso Abbatे, & suis

monachis id rationabiliter fieri petentibus.
Hoc quoque firmare expetit nihilominus,
vt eadem damnetur maledictione, quicum-
que locum ipsum, & loci incolas infra suos
terminos hostili incendio vel cæde aut aliquā
iniustā oppressione præsumserit aliquatenus
depopulari, vel infringere. Adstantibus igit-
tur Episcopis, & confratribus huius sanctæ
Romanæ Sedis, & consentientibus, petitionē
famuli Dei Gerardi Apostolicā auctoritate
firmari decreuimus. Igitur auctoritate Pa-
tris, & Filij, & Spiritus sancti, & sancte Mariæ
semper Virginis Dei genetricis, & omnium
cælestium virtutum, & sancti Ioannis bapti-
stæ, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli,
quorum vices licet indigni tenemus, &
sancti Eugenij martyris, eiusdem loci patro-
ni & prouisoris, & Sanctorum, quorum reli-
quiæ inibi sunt, simulq; omnium Sanctorum,
quorum nomina scripta sunt in libro vitæ,
excommunicamus, anathematizamus, dam-
namus omnes, qui horum quidpiam, quæ de
immunitate & libertate broniensis Ecclesie
& loci prælibata sunt, irritum fecerint vel
infregerint, nisi resipuerint & pœnituerint,
& ab Abbe & fratribus eius veniam prome-
ruerint, & de cetero emendauerint. At verò
qui obseruator existiterit huius nostræ præ-
ceptionis, & regiæ sanctionis, gratiam & mi-
sericordiam, vitamque æternam à misericor-
dissimo Domino Deo nostro consequi mere-
atur. Ego Castorius Notarius regionarius,

Scri-

Scrinarius sanctæ Romanæ Ecclesiæ, corroborante Apostolicâ auctoritate, & sancto Papa Stephano suggestente, recognoui. Data V. Kal. Maij anno ab incarnatione D:CCCC. XIII. regnante Henrico in regno Lotharij, imperante in Italia Hugone, anno II. Indictione VI. Actum Romæ feliciter, Amen.

GEMBLACENSE

Monasterium, in Brabantia, inter Bruxellam
& Namurcum.

Gemblacum, veteribus Gemmelacum, per-
Guetustum est Brabantia opidum, olim Leo-
dicensis, hodie Namurcensis diœcesis, Louanio &
Bruxella milliaribus sex, Namurco tribus dissi-
tum. Intra opidi mœnia nobiliſſimum est cœno-
bium, à sancto Guiberto, (quem Romani Mar-
tyrologij tabula Gilbertum nuncupant) exstru-
atum, ac dotatum. Fuit is ex antiqua Regum
Austrasiae prosapia, qui militiae secularis cingulo
deposito, castrum suum Gemmelaus, siue Gem-
blacum, cum omnibus appendentibus, Erluino vi-
ropio hortante, Deo & Apostolorum Principi B.
Petro obtulit. in eoque cœnobium suo ære exædifi-
cavit, Erluino eodem primo Abbe constituto,
Meminit huius nobiliſſimæ fundationis Platina
in Stephano VII. Annū vero erectionis indicat
hoc distichon, quod hodieq; in Gemblacensis cœ-
nobij basilica parieti inscriptum legitur:

S: Guiber-
tus quiescit
Gemblaci.

Febr. 4.